108

Litera Palatini Mscislaviensis ad Jacobum de la Gardie

Ill: Dne Comes et amice honorande Jam iam Livoniam versus Vilna discessu
rum reperit me tabbellarius Ill. D Vrae cum litteris ad collegam meum D: Cas
tellanum Gedanensem inscriptis quas inde meo aperui. Ex quibus cum intellexerim
Ill. Dnem Vram caeterorumque DD: Commissariorum Regni Sveciae a tractatio
ne pacis animos non esse alienos eo magis accelerandum duxi tantoque citius iti
neri me commisi ut eundem affectum omnium nostrum pariter pacis studium tes
tari possimus. Licet enim D Castellanus Gedanensis et Wendensis collegae nos
tri fama non vulgari morbi contagiosi Regam infestantis moti a finibus Cur
landiae discesserunt id sinistre interpretari DDVV Ill: nolim cum ratione ductos id
fecisse quilibet potest agnoscere qui diligentium periculum exitum a sacris litte
ris destinatum comprobatumque experientia monte recolet. Nullum tamen im
pedimentum tractationi nostrae Ill D Vra inde provenisse sciat cum litteris S. Regis
nostri /: pro promptissimo Mtis suae ad pacificationis media animo :/ revocatos
brevi redituros spero. Ego vero cum ad fines Curlandiae pervenero /: quod ante decem
sum aliquot dierum omnino arbitror :/ de me collegisque meis Ill: D Vrae signi
ficabo deque ulteriori commoditate tractandae pacis de loco mutuum et tempore et
comitatu convenienti candidis pacatisque animis cum Ill D. Vra suam commu
nicationem. Ill. D. Vram rogo ut Ill. DD Regni Sveciae Commissariis &c. adventum
nostrum significare velit. Nunc vero Illmam Dnem Vram bene valere cupio
Datum Grodii 17. Nov 1623 Ill: Dnis Vrae studiosissimus

Janussius Skumin Tyszkiewicz
Palatinus Mscislaviensis.